

De unione actus et potentiae.

1. Quaestio est duplex.

Respicit modos suarezianos qui ideo ponuntur quia non perspicitur actum et potentiam ~~non~~ necessario uniri se ipsis.

Respicit actuationem finitam per actum infinitum quia actuatio finita realiter differt cum ab actu infinito tum ab eo quod finite actuatur; quare hoc in hac causa actus et potentia non uniantur se ipsis sed tertio quodam, nempe, actuatiōne finita.

Differentia habetur ex eo quod actus limitatus et potentia uniantur se ipsis, non vero actus illimitatus et potentia eo ipso et se ipsis uniantur.

2. Ens et unum convertuntur.

Nam unum est indivisum ~~in~~ in se et divisum ab omni alio; quare "unum" super "ens" addit duplicem negationem, nempe, "indivisum in se" seu principium non contradictionis (A non est nonA)